

Bryn Mawr College

Scholarship, Research, and Creative Work at Bryn Mawr College

Hermann Sauppe Library

Bryn Mawr College Publications, Special
Collections, Digitized Books

1887

De syllabarum in trisemam longitudinem productarum usu Aeschyleo et Sophocleo

Siegfried Reiter

Follow this and additional works at: <https://repository.brynmawr.edu/digitizedbooks>
[Let us know how access to this document benefits you.](#)

Citation

Reiter, Siegfried. 1887. De syllabarum in trisemam longitudinem productarum usu Aeschyleo et Sophocleo. *Dissertations philologae vindobonenses*. PhD Diss., Universität Wien.

This paper is posted at Scholarship, Research, and Creative Work at Bryn Mawr College.
<https://repository.brynmawr.edu/digitizedbooks/122>

For more information, please contact repository@brynmawr.edu.

888A2
YR 8



DE

S Y L L A B A R U M

IN

TRISEMAM LONGITUDINEM

PRODUCTARUM USU

A E S C H Y L E O E T S O P H O C L E O

SCRIPSIT

S I G O F R E D U S R E I T E R.

LIPSIAE

SUMPTUS FECIT G. FREYTAG

PRAGAE

SUMPTUS FECIT F. TEMPSKY

M D C C C L X X X V I I .

Hic libellus separatis typis descriptus est ex volumine primo Dissertationum
philologarum Vindobonensium.

GULIELMO AB HARTEL

CAROLO SCHENKL

S.

DE SYLLABARUM IN
TRISEMAM LONGITUDINEM PRODUCTARUM
USU AESCHYLEO ET SOPHOCLEO

SCRIPSIT

SIGOFREDUS REITER.

De syllabis in trisemam¹⁾ longitudinem productis, quae in eis versibus obviam fiunt, in quibus singulae theses²⁾ interceptae versus aequabilitatem interrumpant, si hoc opusculo disputaturus sum, nemo puto mirabitur, qui quo loco hodi ea sit quaestio, meminerit. quamvis enim haud exiguam inde ab huius saeculi initio operam conlocaverint viri eruditii in tenebris discutiendis, quibus canticorum Graecorum structurae metriceae scientia oboluta erat, tamen quis quaeso harum rerum peritus in hoc campo saepe numero non spicilegium, sed integrum messem relictam esse nobis negabit?

Dubitans autem, num omnino virium mearum sit hanc quaestionem difficilem sane et lubricam ad finem perducere, operam meam nunc quidem artioribus limitibus ita circumscripsi, ut hoc libello cantica Aeschyli Sophoclisque, qui ambo summam nobis repraesentant artis rhythmicæ perfectionem, in disceptationem vocarem, ingruente vero huius artis labem inlustrandam, quae iam in Euripidis sese obfert fabulis, in posterius tempus reservarem.

Nunc igitur provinciam meam ita administrandam suscipio, ut scribendi principium sumam a recensendis libris virorum, qui hoc saeculo de mensura trisema egerunt. qua in re exponenda si longior esse videbor, memineris quaeso id factum esse, ne in ipsa disputatione iterum iterumque sententiae adversariae perstringerentur. et primum quidem de pleni pedis longitudinis que trisemae responsione antistrophica (- : -), deinde de syllabarum in tetrasemam longitudinem productarum usu disseram. paucis denique praemissis de paenultima versuum in trochaeo vel spondeo desinentium producenda novissima parte locos ipsos ordine dispositos suppeditabo, quibus quo modo in trisemis usurpandis rhythmizomenon cum rhythmo conciliaverint poetae, eluceat.

In versibus Aeschyleis adferendis excellentissima usus sum editione Weekliniana, Berolini 1885 in lucem emissa, quae eo ceteris omnibus praestare mihi videtur, quod religiosissime ad antiquissimi Medicei

¹⁾ De ,trisemis' ubique loquor syllabis quasi ,e potiori', quod hae fere solae in usu fuisse videntur.

²⁾ De thesi et arsi semper eo, quo Bentley, sensu loquar.

scripturam accedit neque Aeschylus in Aeschylo quaeritur. atque quamquam iam Kirchhoff Aeschyli fabulis editis exemplum proposuit , eorum usibus accommodatum, quorum interest rerum veritatem intueri', ut alia taceam eo praeferenda est Wecklinii editio, quod in versibus dispescendis , colometria codicis Medicei reducta bonam memoriam sequitur, non incertam doctrinam et arbitrium'. librum enim Mediceum genuinam plerisque locis suppeditare colometriam — multa enim id genus vitia, ut vocabula per binos versus porrigenda a librario saepe uni tantum modo versui adtributa sint, facilime corrigitur — mibi persuasissimum est et unusquisque sibi persuadebit, qui unum alterumve canticum hac de re in examen vocaverit. prorsus igitur adsentimur Wecklinio haec adserenti praef. p. XIII: , itaque in dividendis versibus melicis nihil mutavi, nisi quod ubi amplitudo stropharum et antistropharum discrepabat, versus inter se aequabam. hoc uno modo etiam editionum in versibus numerandis varietas ad certam legem non ex arbitrio alicuius editoris, sed ex memoria libri Medicei repetendam redigi potest.'

CAPUT PRIMUM.

Diutissime cum iam aliis artis philologae disciplinis clara accensa esset lux, res metrica poetarum veterum nocte caliginosa pressa iacebat, usque dum Ricardus Bentley novam nullique temptatam viam iniit in schediasmate, quod de Terentii metris conscripsit (1726). quamquam vero vir ingeniosus ad comicorum Latinorum simpliciora tantum modo metra animum adverterat, tamen universae doctrinae metricae haud parum profuit tactus quandam aequabilitatem statuens, ita ut tribus in trimetro, quattuor in tetrametro ictibus constitutis inter singulos accentus parem temporis mensuram servandam esse primus doceret. attamen de Graecorum arte metrica plurimas, ne dicam, omnes subtilioris doctrinae regulas investigandas posteriorum ingenii reliquit. sed neque illi, qui in edendis Graecorum tragœdiis casu potius quam data opera ad haec studia ducebantur, metricis quibusdam et prosodiacis normis constitutis aliud quicquam adsecuti sunt, quam ut syllabis longis brevibusque signatis poetas in canticis pangendis metris quibusdam usos esse docerent, neque Porson multum profuit melicis systematis regulis duabus, quas secutus curavit primum, ut quodque carmen ad nota et poetis lyricis usitata, si facile fieri posset, versuum genera redigeretur; deinde ut eadem aut similis versuum species quam saepissime recurreret¹⁾. quid quod vel Godofredus Hermann, unus ille vir, qui ab instaurata arte metrica clarum ad posteritatem habebit nomen²⁾), quippe qui primus universam doctrinam ad severioris artis leges redigeret et ad iustum rationem revocaret, nihil moratus veterum rhythmicorum pracepta satis tenui aquae vena tunc temporis fluentia ex ampio, minime vero puro fonte hausit, in primis ex Hephaestione et Latinis rei metricae scriptoribus, unde in canticorum metris signandis monosemis disemisque solum syllabis agnitis numeravit potius syllabas quam numeros dimensus est. quo factum

¹⁾ Cf. praef. ad Eur. Hec. p. XI ed. Angl.

²⁾ Cf. Seidler de vers. dochm. I. p. VIII.

est, ut in illa principali rei rhythmicae regula peccaretur, qua unumquemque numerum suam habere certam atque immutabilem naturam neque per se commutari cum alio posse statuitur. quod etsi ipse Hermann (EDM p. 21) rectissime intellexit, nihilo minus tamen in metris adumbrandis neglexit neque (liceat mihi hoc unum pro multis adferre), ut numerum antispasticum, meram illam posteriorum magistellorum hariolationem nullis veterum rhythmicorum unice hac in re audiendorum testimoniis fultam, e doctrina eliminaret, a se impetravit, quem pedem subtili ductus sensu per se asperum esse docuit, quia e duobus brevibus ordinibus eisque talibus constaret, qui non perpetuitate unius numeri cohaererent, sed compositi magis quam coniuncti essent atque ideo paene luctari secum viderentur (EDM p. 227).

Cum igitur res ita comparatae essent, minime miraberis Augustum Apelium, virum non tam grammaticam quam musicam artem professum, haec in praefatione libri primi statusse, qui ab eo de re metrica scriptus est: „Wir haben zuviel Beweise von dem Kunstsinn des klassischen Alterthums, als dass wir uns überreden könnten, die Griechen hätten ein so wunderliches Gewirr von Lang und Kurz, wie uns die Gelehrten vorzeigen, für schönen Rhythmus angesehen.“ idemque, ut erat prudens, cognoverat omnium metricarum quaestionum, quatenus ad lyricam Graecorum poesim pertinerent, cardinem in eo versari, eamne rhythmi proprietatem habuissent veteres, quem tactum nostri nuncupant, ex qua pedum rhythmicorum intervalla nullam habere in contextu varietatem, sed in praefinito temporis spatio ad finem usque decurrere necesse esset. merito enim quaeras, quo modo in cantici cuiuslibet pedum discrepantia ars numerorum ac modorum tam accurate servata et percepta sit, ut in his, si paulum modo sit ita offensum, ut aut contractione brevius fieret aut productione longius, theatra tota reclamarent (cf. Cic. de or. III 50, 196). attamen hanc proprietatem a veterum choricis abfuisse tam pervulgata apud viros eruditos erat sententia, ut vel Hermann in rei metricae enchiridio vernacule scripto (1799) pro certo venditaret Graecorum musicam omni tactu destitutam melodiae solum rhythmo adstrictam fuisse (p. XX), cuius doctrinae argumentum hoc Pindari exemplum in usum suum convertit (p. XXII):

$$\begin{aligned} \frac{3}{8} \chi\omega\nu\sigma\varepsilon & | \frac{2}{4} \alpha \varphi\omega\varrho | \frac{3}{8} \mu\gamma\xi A | \frac{2}{4} \pi\omega\lambda\omega | \\ \frac{2}{4} \nu\omega\varrho \kappa\omega\iota & | \frac{3}{4} \omega\pi\lambda\omega\alpha | \frac{1}{4} \mu\omega\nu^1 \end{aligned}$$

¹⁾ Suo igitur iure recentiores musici, quid in antiqua musica comparata cum nostra adeo esset admirandum, se non intellegere ingenue confessi sunt; cf. J. N. Forkel Allg. Gesch. d. Musik. I. (Lipsiae 1788) p. 384: „Ein Hauptfehler in der griechischen Rhythmis war unstreitig dieser, dass nur zweierlei Arten von Zeiten angenommen wurden ...; keine Kunst der Melodie ist im Stande, eine solche steife und ängstlich

et hanc quidem notandi rationem rhythmi legibus adversa fronte oppositam esse scire nequivit vir egregius, ut qui intra simplex et duplex syllabarum tempus subsisteret. Apel contra primus docuit tactum etiam in veterum musica locum habere, cuius consequendi causa poetas in canticis componendis syllabas, prouti rhythmi lex postulasset, modo in breviores mensuras corri-
puisse, modo in trisemam aliasque produxisse, id quod in ea cadere exempla, ubi theses ita supprimerentur, ut duae arses essent contiguae¹⁾.

Haec autem fere est novae doctrinae summarium: ut dipodia trochaica in tribrachos sive dactylos correptos dissolvi potest, ita rursus contrahi potest in rhythmum principalem —, —, qui per se spondei aequans imaginem in metro trochaico gravior est spondeo. manifeste igitur hodiernae musicae notis adhibitis hanc contractionem ita signavit Apel  dicens: „wenn also ein scheinbarer Spondeus die ganze Reihe einer Dipodie erfüllt, so hat jede seiner Längen die Dauer eines ganzen Trochäen und erfüllt drei Zeiten. Diese Erkenntnis der dreizeitigen Länge und des flüchtigen, den Trochäen repräsentirenden Daktylus gibt allein den Aufschluss über die Natur der antispastischen Verse, welche die Theorien vergebens auf andere Art zu erklären suchen“ (Aphorismen p. 173). neque aliter bacchios, ionicos, creticos, choriambos e dipodia trochaica derivandos atque explicandos esse censuit, modo alterutrum trochaeum contractum

abgemessene Quantität der Sylben erträglich zu machen, und eine gehörige Abtheilung der ganzen Zeile in gleiche miteinander im Verhältnis stehende Takte ist gänzlich unmöglich. Die Griechen haben also den wahren inneren Verhalt der Sylben nicht gekannt und beobachtet, oder sie mussten wie wir mehrere Arten von kurzen und langen Sylben annehmen.“

¹⁾ Ut suum cuique tribuatur, concedendum est iam J. H. Vossium, elegantissimum metrorum iudicem, huius doctrinae quodam modo antesignanum fuisse in libro, quem de mensura syllabarum in lingua Germanica scripsit (Regiomonti 1802). cf. p. 180 sq. et p. 201: Es erhellt, dass im geraden Takte die letzte Sylbe des Choriambus durch den verweilenden Abschnitt 4 Zeiten bekommt, und dass der choriambische Vers „Labi mich Wein und Gesang, Seligen leb' ich gleich“ mit der Länge in „Gesang“ den ganzen Takt einnimmt; cf. etiam p. 247. ac primum quidem Apel trisemorum doctrinam eruit in disputatione brevissima tragoeiae suae „Die Aitolier“ (Lipsiae 1806) appendicis loco adiecta, cui inscripsit „Aphorismen über Rhythmus und Metrum“ (p. 159—188). quo in libello primis tantum modo lineis adumbratam invenimus eam rationem, quam uberioris deinde explicavit in commentatione inscripta „Ueber Rhythmus und Metrum“ ephemeridibusque, quorum index est „Allg. Musik-Ztg.“ X. 1807/8 inserta, et ad severiores leges redactam simul respectis Hermanni Boeckhiique potissimum sententiis absolvit in libro de re metrica perquam dilucide atque eleganter conscripto, ita ut ne hodie quidem sine ulla utilitate legatur, cuius pars prior Lipsiae a. 1814 publici iuris facta est, altera post auctoris obitum praematurum a. 1816 edita.

sive plene servatum sumas. versum igitur talem: ,Unbolde trübsinn'ge Kümmernis', quem metrii syllabas numerantes in bacchiorum loco posuerunt, idem valere statuit ac versum trochaicum priore utriusque pedis dimidia parte in trisemam magnitudinem producta, ac si ,namloser Schmerz'

 pro ,namenloser Schmerz'  pronuntiaretur (Ueber Rh. u. M. p. 22).

Quid vero ad haec Hermann, ,liberi ille laudator oris'? is enim in primis, quid de his inventis cogitaret, indicare debebat, quandoquidem in eum potissimum invectus erat Apel, cuius doctrina demonstrata extraque dubitationem posita, illius ratio, qua Graecos in canendo eisdem numeris usos esse docebatur, quibus in recitando — eos dico quos versus ipsi ostenderent — concidere debebat. iam videas, quo modo se gerat. Apelii igitur dissertationem, acutam quin dicat, facere non potest. tantum autem abest, ut ei adstipuletur, ut rationibus ab illo probatis se adsentiri posse neget. digna sane quae audiantur Hermanni verba plus uno nomine mihi videntur: quippe quod censuram illam in ephemeridibus hodie vix lectis sepultam frustra in opusculorum serie quaeras,¹⁾ deinde quod, quantum ego sciam, in libris amplioribus de re metrica scriptis ne uno quidem verbo Apelii iniecit mentionem Hermann;²⁾ denique intelleges exemplo manifesto ne sagacissimum quidem errore non implicari, si quidem ,a priori', ut aiunt, alterius sententias reicere quam argumentis apte accitis, quid verum sit, quid falsum malit examinare. en habes Hermanni ratiocinationem: ,Die Anwendung dieser Theorie auf die Verse der Alten muss ich verbitten. Denn bei uns, wo die Musik auf einen bewunderungswürdigen Grad der Vollkommenheit gekommen ist, die Metrik dagegen noch äusserst vernachlässigt liegt, ist es kein Wunder,

¹⁾ Cf. Ueber Herrn D. Apels Abhandlung über Rhythmus und Metrum ,Allg. Musik. Ztg.', XI. 1808/9. p. 289.

²⁾ Occulte Apelium innuere videtur eos carpens, qui contemptu veterum vel levitate quadam ducti omnia novis commentis perturbent (E D M p. 5) neque alium quemquam nisi Apelium dicit his verbis, quae in dissertatione ,de metrorum quorundam mensura rhythmica' edita 1815 (Op. II. p. 105) leguntur: ,si qui nuper recentioribus magis quam Graecis litteris imbuti nullamque nisi ingenii ad negata animosi laudem sectantes, cum aequalem pedum mensuram Graecis vindicare conarentur vel editis magnis de re metrica voluminibus, vel in diariis quibusdam assecularum suorum rudimenta commendantes, omnem argutandi calumniandique sollertia adhibuerunt, ut audientiam sibi fecisse crederentur, naturam numerorum in quadam imagine imaginisque imagine positam ostensuri: nos quidem aliis quaerendum relinquaremus, quis Musarum sacerdos pedem Jonicum a maiore in duabus syllabis unave modulans carmina non prius audit a virginibus puerisque cantet, datus aliquando, ut sperare licet, etiam monosyllabum versum heroicum.'

wenn man, um eine Regel für seine Verse zu haben, zu der Musik, wo es an festen Regeln nicht fehlt, seine Zuflucht nimmt. Bei den Griechen hingegen gieng die Poesie der Musik voraus; die Musik war bloss Dienerin der Poesie und ohne dieselbe nichts. Es können daher die Gesetze griechischer Verse nicht von der Musik entlehnt sein, sondern umgekehrt musste die Musik ihre Gesetze von den Versen hernehmen. Wie viel weniger wird man also die Regeln der griechischen Versmasse nach dem Takt der heutigen Musik bestimmen können. Sollte die Urgrossmutter von der Ur-enkelin tanzen gelernt haben? Meint aber der Verfasser, dass unsere Musik nur das anschaulicher darstelle, was schon in der alten Metrik vorhanden war, so fehlt seiner Behauptung aller Beweis. Denn da die Möglichkeit, einige alte Versmasse auf unseren Takt zurückzuführen, noch kein Beweis ist, dass unser Takt überhaupt die Regel der alten Versmasse sei, zumal da mehrere derselben nur mit grossem Zwang und durch willkürliche den alten Auctoren geradezu widerstreitende Hypothesen mit unserm Takt in Einstimmung gebracht werden können: so müsste nothwendig ein historischer Beweis geführt werden. Diesen aber hat nicht nur der Verfasser nicht geführt, sondern es wird überhaupt Niemand je einen solchen Beweis führen können. Ich sage dieses, nicht unbekannt mit dem, was nächstens ein scharfsinniger Mann¹⁾ als einen Versuch dieser Art beibringen wird. Vielmehr leiten sowohl die historischen Data als eine unbefangene Ansicht der alten Metriker geradezu auf die Behauptung, dass die alten Versmasse mit unserm Takt nichts zu thun haben. Der Takt ist an sich kein nothwendiger Theil des musicalischen Rhythmus. Er ist nur ein Mittel, ohne welches die jetzige Musik in ihrer Vollkommenheit nicht bestehen könnte... Wenn nun, wie bei den Griechen, die Worte des Gesangs den Rhythmus der Noten haben und die begleitenden Instrumente auch diesen Rhythmus, und keinen andern, angeben, wozu sollte nebenher noch der Rhythmus des Taktes nöthig sein? Vom Unnöthigen waren die Griechen keine Freunde.' haec igitur disputavit Hermann immemor veterum magistrorum tactum in antiquis rhythmis locum suum habuisse docentium, quos si vellem adferre, acta agerem, cum iam ab aliis, ut posthac ostendetur, satis superque huic rei sit consultum. atqui magno Hermanno tribuendum est honori, quod ,diem diem docere' si ulla in re certe in his litteris intellegens, non eadem pertinacia novam doctrinam respuit in posterioribus libris, quos de re metrica conscripsit, sed hic illic in usum suum convertit et in disciplina explicanda eis locum dedit. prorsus enim diversas fuisse

¹⁾ Sine dubio Boeckhium dicit, qui a. 1810 edidit librum his verbis inscriptum „Ueber die Versmasse des Pindaros".

rhythmicam et metricam adfirmat¹⁾. et metricam, quae ad solam versum compositionem spectaret, in solis duplibus mensurae varietatibus consistere, rhythmicam autem, quae ad cantum pertineret, cum mensurarum habere varietatem, tum pedibus uti et aliis et aliter consociatis. ,inde metricae artis propriae perhibentur productiones correptionesque syllabarum, et longitudes et brevitates, rhythmicae autem tarditates ac celeritates.' omnino autem ipsam rei naturam postulare, ut pluribus quam simpli et dupli mensuris usam esse musicam Graecorum credamus, quod nimis iners et rudit foret cantus, qui nisi duplicis mensurae varietatem non admitteret; mensuramque metrica maiorem exhibere trochaeos semantos, qui e duabus longis syllabis constantes, priorem octo, posteriorem quattuor temporum habeant eaque re integri ex pluribus pedibus membra officio fungantur. nonne igitur Hermann iam ab obstinata tactus detrectatione recessit, cum non improbare per se esse diceret rhythmum aliquam similitudinem habuisse cum eo, quem hodie tactum musici appellarent (EDM praef. p. VII)? nam ut taceam ab ipso Hermanno iam concedi dactylum vel anapaestum (in versibus trochaicis vel iambicis) ,aperte' temporum mensura minores esse iusto dactylo vel anapaesto — id quod primi Voss et Apel e Dionysii praeceptis statuerant — nonne proprius fortasse, quam ipse fateri voluit, ad Apelii doctrinam accessit in arsi nuda definienda (p. 68), quam si apud poetas scaenicos in monosyllabis in primis interiectionibus reperiatur, non carere numero, sed suum habere numerum, qui non possit non in arsi ipsa consistere? nonne subtilissimo sensu rhythmicō ductus paeonicum numerum (—oo—) a cretico (—o—) diversissimum esse duxit (EDM p. 196 sqq.)? ,primum enim', inquit, ,fatendum erit, cum alii versus fere toti cretico pede incedant, alii autem constanter solum paeonem habeant, non id temere vel casu factum videri. deinde si primi paeones cretici essent, maxime mirum foret, posteriorem potius arsim solvi quam priorem . . . denique hoc quoque observatu dignum est tragicos creticos potius quam primis paeonibus usos esse, paeones autem illos reliquisse comicis. contra quartis paeonibus (ooo—), in quibus multo maior vis ac vehementia quam in primis cernitur, usi videntur tragicis, cum comicis, quod ego sciām, eis abstinuerint.' hac vero distinctione subtili instituta sensisse potius Hermannum, quo erat elegantissimo aurium iudicio, quam pronuntiasse putamus alteram cretici et quarti paeonis arsim non duarum morarum repraesentare vim, sed per se pedem explere catalecticum, cuius moram deficientem nos quidem aut ultimae syllabae tone aut pausa supplemus.

¹⁾ V. dissertationem: de metr. q. m. rh. l. c. p. 106 sq. (a. 1815), EDM p. 660 sqq.
Epit. D. M. c. VII ,de numeri musici cum metrico coniunctione' §. 50 sq. p. 15 sqq.

Miranti vero tibi — ac sane iure miraberis — de tali discrepantia, quae inter priores et posteriores Hermanni de re metrica editos libros intercessit, ratio erit habenda Augusti Boeckhii, cuius inventis primum quasi fundamentum totius aedificii rhythmicæ positum est; huius aedificii artificiosi lapides nonnullos Hermann quoque in rem suam non potuit non convertere. non insistens igitur Hermanni vestigiis Boeckh, cum de numeris veterum, in primis Pindari scripsit¹⁾, fundamentum metri rhythmum esse docuit artisque rhythmicæ scriptoribus Graecis accuratissime et ingeniosissime in examen vocatis facem praetulit, qua huic disciplinae plus uno loco tenebris tectae lux adfusa est. quamquam enim Boeckh Pindari praecipue spectavit carmina, tamen, quantum res patiebatur, universae artis praeculta quam brevissime dedit. ac rhythmi continuitatem, quam in versibus lyricis componendis severissime observasse veteres Apel Boeckhio prorsus probaverat, ut adsequerentur poetae, in versibus per varia rhythmi genera compositis punctorum et silentiorum artificiis pedes aequandos esse censuit. itaque creticos aequiparandos dipodiae trochaiae (2 1 3) ultimamque syllabam trium habendam morarum, ita ut ἀναξιφόρων γές ὑπονομείαν neque minus choriambos catalecticas esse formas dipodiae dactyliae 2 1 1 4 vel trochaiae altera arsi pro tetrasema vel trisema accepta. atque haec Boeckhii erat de Apelio sententia, cum lingua patria librum de Pindari metris edidit²⁾. sed postea in latina disputatione mireris profecto eum sibi non constitisse rationesque, quas antea commendavit musicae nostrae exemplo inductus, a continua Graecorum rhythmopoeia statuisse alienissimas (cf. p. 35 et 36). haec enim dicit p. 19: ,longam syllabam a poetis musicisque veterum in trisemam longitudinem productam esse, quamquam viri harum rerum peritissimi opinantur, qui me quoque auctoritate sua in errorem olim induxerunt: tamen nunc perreptatis iterum musicorum libris nego hoc fortiter, quod nihil usquam eiusmodi traditur, ubi, si factum esset, reticeri non poterat.’ et inde profectus universam Apelii doctrinam ut desperatam prorsus reliquit. attamen haec non nimis sunt premenda, utpote qui Apel Boeckhium prorsus habeat consentientem, cum ne ipse quidem veterum versibus tactum infuisse negaverit: nam sine illa temporum aequalitate compositionem rhythmicam ullam nec recitari posse nec cantari, nedum

¹⁾ ,De metris Pindari libri III' Lipsiae 1811.

²⁾ Cf. Ueber die Versmasse des Pindaros. Mus. d. Alterthumswissenschaft ed. Fr. A. Wolf et Phil. Buttmann Vol. II. Berol. 1810, p. 171—362. ad rem, de qua agimus, spectant potissimum p. 266. 294. 321. 345 sq. 347. eadem commentatio eodem anno seorsim edita mihi non praesto fuit.

saltari, nisi primam rhythmi legem, hoc est unitatem variorum temporis articulorum, violare et confusam inconditamque syllabarum prolationem, qua et animus et motus corporis disturbetur magis quam regatur, rhythmum contenderis esse' (p. 105). quam ob rem iam alia via usus, atque illa, qua olim ingressus erat cum Apelio Vossioque, aequalem per diversas species rhythmi divisionem vindicavit veteribus in libri I. capite XVIII, cui titulum praefixit: de rhythmopoeia aequales temporum divisiones per diversos numeros effectrice. quod caput sane maximi est momenti ad Boeckhii rationes recte intellegendas. etenim cum e veterum tum grammaticorum tum musicorum disciplina duas tantum dicit esse mensuras, longam et brevem, non negat breves illas longasque posse varias esse productus varietate corrigensque quodam modo, quae de metris Pind. p. 19 sq. exposuerat, quod hanc rem iam ad ductum referret, qui syllabarum magnitudinem mutaret manente proportione, trisemos sonos veteribus haud recte abiudicatos esse ipse ingenue est confessus¹⁾. pedem igitur fieri ex trisema longitudine et monosema brevi negavit; si brevis sit monosema, longam esse disemam, si brevis disema vel trisema vel tetrasema, longam esse tetrasemam, hexasemam, octasemam, si brevis morae et semissis, longam esse trisemam contendit, ita ut syllabae brevis ad longae proportio semper simpli ad duplum sit. hac igitur ratione veteres non mutatis syllabarum rationibus neque admisso alienis locis silentio in diversis rhythmi generibus aequalem consecutos esse mensuram. itaque creticum inter dipodium trochaicam positum iam non cum Apelio ita aequandum esse duxit, ut altera arsis in trisemam extenderetur, sed ut ope agoges et longa et brevis cretici longior fieret ($\frac{1}{2} \text{ } \frac{1}{2} \text{ } \frac{1}{2} \text{ } \frac{1}{2} = 6$ temporum morae: $\frac{1}{2} \text{ } \frac{1}{2} \text{ } \frac{1}{2} \text{ } \frac{1}{2} = 6$). choriambos autem, si veri sint choriambi, ternis duorum temporum procedentes gradibus, per se aequales esse dipodiae trochaicae, si vero pro dactylicis dimetris sint, post catalexim suppleta prosthesi aequandos dactylicis. sed cum ne ipse quidem Boeckh adfirmet rhythmii unitatem agoges ope hunc in modum ubivis servatam esse, et rursus arsium collisione veteres maxime delectatos esse non possit non concedere, tamquam ultimo refugio utitur arrhythmia, quae vehementissima arsium collisione animi concitati affectum aptissime expresserit²⁾ (p. 80). et haec quidem arsium concursio in rhythmo videtur ei idem esse, quod in harmonia est dissonantia, hoc est sonorum non consonantium coniunctio. ipse vero huius doctrinae probabilitatem aliquatenus infregit, quandoquidem numerosam non esse hanc arsium collisionem optime sensit: quapropter rhythmicos quoque ait, quemadmodum dissonantiam praeparent ac solvant melopoetae, dilueré et obscurare solitos esse arrhythmiam aut

¹⁾ Cf. commentationem, de Doriis epitritis' in prooemio semestrī aestivi a. 1825, nunc insertam Opusc. Vol. IV. Lips. 1874, v. p. 218 adn. 2.

²⁾ Ne verba mea prave intellegantur, loco illo non de versibus dochmiacis agi diserte dice.

antecedentibus aut subsequentibus iucundissimis rhythmis. de terminis autem, intra quos poetae arrhythmiae locum dedissent aut ductu rhythmicō temporum aequalitatem servassent, nihil, quod sciam, definivit.

Cum igitur neque Hermann neque Boeckh, cum rerum grammaticarum omnium tum metricarum inter philologos tunc temporis signiferi, quos magna sequebatur caterva, ad novum illud aedificium metricum exaedicandum lapides adferrent, sed potius ab Apelio adlatos ad aedificium solidum exstruendum adhiberi posse praefracte negarent, ne oblivione sepeliretur Apelii inventum una cum inventore, magnopere verendum erat.

Post quattuor demum lustrorum intervallum primus novam dimetiendi rationem acutis coniecturis divinatam magis quam certis veterum testimoniorum demonstratam adripuit Henricus Feussner in dissertatione inaugurali quam „de antiquorum metrorum et melorum discriminē” scripsit (Hanoviae 1836). qua in scriptione inde exordium sumpsit, ut veterum auctorum locos adponeret, qui praecipue ad trisemam et omnino ad alias syllabarum mensuras quam simplicem et duplīcēm probandas referendi essent (p. 5 sqq.). missa deinde de syllabarum tempore quaestione ad duo versuum genera comprobanda accedit, quorum temperatum alterum, in quo syllabae vulgari suo simplici et duplīci tempore metrum compleant, versusque a praefinito modo numquam recedant, dictum est metrum perfectum sive simpliciter metrum sensu strictiore, alterum fervidum genus, in quo syllabae consueta mensura taxatae legitima rhythmī intervalla plerumque non expleant, sed ad ea explenda in diversas alias mensuras modulandae sint, appellatum est melos. tum profert locos strictim explicatos, quibus re vera veteres magistros duo illa versuum genera distinxisse intellegitur (p. 13—18), tactumque ab Apelio argumentis e rei natura sola petitis comprobatum testimoniois e veterum libris desumptis apud Graecos locum habuisse extra dubitationem posuit¹⁾. denique in commentationis fine quasi summam enuntiat, si eo modo carmina lyrīca tractaveris, quo modo metrici fecerint, modulatione sublata nihil aliud remanere quam prosam orationem²⁾.

¹⁾ De Feussneri libello in Jahnii Annal. XIX (1837), p. 371 sqq. censuram scripsit G. Hermann, in qua quantum mutatus ab illo, ‘qui permultis annis ante Graecorum musicam tactu prorsus destitutam dixerat, iam tactum Feussneri testimonium demonstratum esse concessit. en habes ipsius verba: „Den Takt kann man der alten Musik nicht absprechen; denn dann müsste man ihr den Rhythmus überhaupt absprechen” (p. 378).

²⁾ Arte cum his studiis cohaeret eaque continuat Aristoxeni Elem. Rhythm. ab eodem Feussnero editio confecta in libell. schol. gymn. Hanoviensis a. 1840, quo in libello Aristoxeni verba p. 284 Mor. ἀσύνθετον δὲ χρόνον πρὸς τὴν τῆς ἑνθυμοποίας χοῖσιν βλέποντες ἐφοῦμεν οἷον ὅταν τι χρόνον μέγεθος ὑπὸ μᾶς ἔνιλαβης η̄ ὑπὸ φθόγγου ἐνὸς η̄ σημείον καταληγθῇ ita rectissime interpretatur: „dieses findet bei der ganzen TaktgröÙe als-

Iam illuc pervenimus, ut in harenam producamus viros optime de his studiis meritos Augustum Rossbachium et Rudolphum Westphalium, qui Boeckhii quodam modo vestigia secuti universam doctrinam rhythmicam et metricam ex ipsis fontibus haustam¹⁾ explicarunt. neque satis sibi fecerunt in eo, ut praecepta, quae hodiernae rei metricae fundamenta sunt, primis tantum lineolis adumbrarent, sed quae de vera rhythmī vi ac natura exposuerant, ad ipsa carmina tractanda summo adhibuerunt fructu schematisque metricis adscriptis demonstrarunt nihil nos, quominus etiam difficiliora Graecorum cantica ad aequabilitatem revocaremus, impedire. iam demum vera versuum plurimorum ratio, quorum antehac obscurata erat structura artificiosa, aperiebatur monstraque illa horrenda informiaque, quibus re vera omne artis rhythmicæ lumen erat ademptum, sub doctis versuum antispasticorum, iambico-creticorum, iambico-trochaicorum, ischiorrhögicorum nominibus credulos captantia inque labyrinthum ducentia, in quo frustra Ariadnae quaeras filum, explosa sunt et in exilium missa²⁾. simul hi comprobare studuerunt non modo non per se cantici cuiuslibet versus rei rhythmicæ legibus non repugnare debere, sed singula strophæ uniuscuiusque membra ,eurythmiae' vinculo inter se conecti, id quod numeris artis mathematicae accitis omnium oculis subiecerunt.

Quam normam non ex intima poetarum arte plerumque conclusam, sed extrinsecus in eam adlatam tametsi Westphal posthac artissimis circumscripsit cancellis³⁾, nisi hac lege adhibita veterum cantica in antiquum nitorem


¹⁾ Lipsiae 1854—65; ed. II. 1867/8; ed. III. 1885/6.

²⁾ Rossbachii Westphaliique praecepta amplexus primus Aeschyli metra omnia illustravit Henricus Weil in conspectu metrorum lyricorum, quem editioni (1858—67) adiecit, idem iam prius in aliquot censuris huius doctrinae exstiterat patronus (cf. Annal. philol. 71. (1855) p. 396—402. 85 (1862) p. 333—356, 91 (1865) p. 649—656. quam Weil in Aeschylo, eandem Hugo Gleditsch in Sophocle administravit provinciam: „Die Sophokleischen Strophen“ (Progr. gymn. Gulielmi regis Berol. 1867/8). contra tironum mēntes, quibus id potissimum destinatum est, perturbantur potius quam erudiuntur Dindorfii opere („Metra Aeschyli Soph. Eur. et Aristoph. descripta“ Oxonii 1842), ut qui neglectis rationibus rhythmicis longas dumtaxat brevesque notaverit syllabas strophasque simplicissimis compositas numeris diversissimis conglutinatas esse metris sibi finxerit. inspicias quaequo mecum p. 36, ubi in una Agamemononis strophe (v. 379 sqq.) describenda Aeschylo tales insinuat versus: antispasticum, iambicum, iambico-trochaicum, ischiorrhögicum, iambico-trochaicum cum antispasto, clausulam choriambicam, dactylicum glyconeosque, nonne si tales admisisset numeros Aeschylius, qui inter ceteros tragicos rhythmorum excellit simplicitate ac perspicuitate, in eum caderent Aristidis Quintiliiani verba p. 99 Meib. τούς γε μὴν τούτοις ἀπασιν ἀτέκτως χρωμένους οὐδὲ τὴν διάνοιαν καθεστῶτας, παραφρόους δὲ πατανοίσεις?

³⁾ Cf. de re metr. II^o 615; „Allgemeine Theorie der musical. Rhythmisik seit J. S. Bach auf Grundlage der antiken etc.“ Lipsiae 1880, p. 105 et 127; „Aristoxenus

restitui posse negavit J. H. Henricus Schmidt¹⁾ omnesque damnavit periodos, quae non mathematica constitutae essent ratione²⁾. quae versuum aequabilitas quamquam saepe sese obfert naturali quadam necessitate ei, qui nulla opinione praesumpta ad rem accessit, tamen in eo erravit ille, quod eurythmiam in aliquot carminibus summa cum veri specie adparentem ubique statuendam esse censuit — tria quattuorve ex tanta canticorum excepit copia — quod nisi summa in verbis poetarum constituendis audacia ac maiore, quam quae probari possit, in syllabis polysemis accipiendis licentia fieri nequit.

Neque dissimiliter Mauricius Schmidt non reputans regulas ex exemplis accuratissime perpensis abstrahendas, minime vero praesumptas intrudendas esse exemplis, nescio quibus nisus testibus omnia omnium stropharum systemata prorsus ad arbitrium suum ita refingenda esse pro certo venditavit, ut ubique tetrapodias (colaria) aut tetrametros (cola) statueret³⁾. quae ratio temeraria ut uno tantum inlustretur exemplo, Pind. Ol. III v. 4 verba *ππων ἔστον*, (— ∙ ∙ —) pausis pleionosemisque mensuris prorsus ad libitum adhibitis in tetrametri formam M. Schmidt porrexit:



nihil curans anonymi pracepta, syllabam arte rhythmica extentam quinque, von Tarent. Melik und Rhythmik des klass. Hellenenthums' Lipsiae 1883, p. XVII, Rhythmik³ p. 10.


¹⁾ Doctrinam suam explicavit libris quattuor, quibus in universum titulum praefixit: „Die Kunstformen der griech. Poesie und ihre Bedeutung“ Lipsiae 1868—72. summis elata sunt laudibus haec opera a Carolo Lehrsio, Schmidii praecoptore, in censuris de unoquoque deinceps conscriptis, cf. „Liter. Centralbl.“ 1868, 921 sqq.; 1869, 360; 1870, 152; 1871, 855; 1872, 1449 sq. perinde ac Lehrs Gevaert, quem in universum nimis anxie Schmidii vestigia pressisse puto, Schmidiam praedicat l. c. II. préf. p. XIV et p. 88. contra alii, quam debili fundamento Schmidii extstructum esset aedificium, detexerunt, veluti G. Brambach: „Rhythmische u. metrische Untersuchungen“ Lipsiae 1871 p. 55 sq. C. Hofman in Ann. Heidelberg. 1871, p. 409, G. Christ in censuris insertis Ephem. gymn. bavar. VI (1870) p. 36—42 (ad haec Schmidt respondit p. 137—139), VIII (1872) p. 116—124.

²⁾ I. p. 69: „Als falsch müssen alle Perioden gelten, die nach keinem mathematischen Principe gebaut sind.“

³⁾ Cf. Pindars Siegesgesänge. Mit Prolegomenis über pindarische Kolometrie etc. Jenae 1869, p. III: Jeder ποὺς, welcher 4 Ikten hat, ist ein χῶλον. Wie viel Sylben, wie viel Einzelpodes er hat, ist dabei ganz gleichgültig (!!). atque hercule in gyrum circumagimur, si haec legimus: „Auch die Pentapodie, weil sie nur 4 Ikten zu beanspruchen hat, ist ein χῶλον und eine Tripodie hört sofort auf, eine Tripodie zu sein (scil. in Schmidii doctrina non in eorum, qui maiore utuntur cautione), wenn sie als Kolon verwendet wird, d. h. sie hat dann nicht mehr 3, sondern 4 Ikten“.

restitui posse negavit J. H. Henricus Schmidt¹⁾ omnesque periodos, quae non mathematica constitutae essent ratione²⁾. quae versuum aequabilitas quamquam saepe sese obfert naturali quadam necessitate ei, qui nulla opinione praesumpta ad rem accessit, tamen in eo erravit ille, quod eurythmiam in aliquot carminibus summa cum veri specie adparentem ubique statuendam esse censuit — tria quattuor ex tanta cantorum exceptit copia — quod nisi summa in verbis poetarum constituendis audacia ac maiore, quam quae probari possit, in syllabis polysemis accipiendis licentia fieri nequit.

Neque dissimiliter Mauricius Schmidt non reputans regulas ex exemplis accuratissime perpensis abstrahendas, minime vero praesumptas intrudendas esse exemplis, nescio quibus nisus testibus omnia omnium stropharum systemata prorsus ad arbitrium suum ita refingenda esse pro certo venditavit, ut ubique tetrapodias (colaria) aut tetrametros (cola) statueret³⁾. quae ratio temeraria ut uno tantum inlustretur exemplo, Pind. Ol. III v. 4 verba ἵππων ἔστον, (— · — —) pausis pleionosemisque mensuris prorsus ad libitum adhibitis in tetrametri formam M. Schmidt porrexit:



nihil curans anonymi praecepta, syllabam arte rhythmica extentam quinque,

von Tarent. Melik und Rhythmik des klass. Hellenenthums' Lipsiae 1883, p. XVII, Rhythmik³ p. 10.

¹⁾ Doctrinam suam explicavit libris quattuor, quibus in universum titulum praefixit: „Die Kunstformen der griech. Poesie und ihre Bedeutung“ Lipsiae 1868—72. summis elata sunt laudibus haec opera a Carolo Lehrsio, Schmidii praeceptore, in censuris de unoquoque deinceps conscriptis, cf. „Liter. Centralbl.“ 1868, 921 sqq.; 1869, 360; 1870, 152; 1871, 855; 1872, 1449 sq. perinde ac Lehrs Gevaert, quem in universum nimis anxie Schmidii vestigia pressisse puto, Schmidium praedicat l. c. II. préf. p. XIV et p. 88. contra alii, quam debili fundamento Schmidii exstructum esset aedificium, detexerunt, veluti G. Brambach: „Rhythmische u. metrische Untersuchungen“ Lipsiae 1871 p. 55 sq. C. Hofman in Ann. Heidelberg. 1871, p. 409, G. Christ in censuris insertis Ephem. gymn. bavar. VI (1870) p. 36—42 (ad haec Schmidt respondit p. 137—139), VIII (1872) p. 116—124.

²⁾ I. p. 69: „Als falsch müssen alle Perioden gelten, die nach keinem mathematischen Princip gebaut sind.“

³⁾ Cf. Pindars Siegesgesänge. Mit Prolegomenis über pindarische Kolometrie etc. Jenae 1869, p. III: Jeder πόνος, welcher 4 Ikten hat, ist ein ζῷον. Wie viel Sylben, wie viel Einzelpodes er hat, ist dabei ganz gleichgültig (! !). atque hercule in gyrum circumagimur, si haec legimus: „Auch die Pentapodie, weil sie nur 4 Ikten zu beanspruchen hat, ist ein ζῷον und eine Tripodie hört sofort auf, eine Tripodie zu sein (scil. in Schmidii doctrina non in eorum, qui maiore utantur cautione), wenn sie als Kolon verwendet wird, d. h. sie hat dann nicht mehr 3, sondern 4 Ikten“.

pausam quattuor morarum non excessisse modum docentis¹⁾. iam talibus hariolationibus, quas nemo, si quid video, adsensu comprobavit, effrenatae coniectandi libidini patefacta esset via verendumque fuisset re vera cum Hermanno, ne quis etiam monosyllabum versum heroicum in medium proferret²⁾.

His atque talibus recentiorum argutiis prorsus se abstinuit Gulielmus Christ³⁾, qui, qua est religione, mediam ingressus viam inter Hermanni doctrinam metricam recentiorumque rationem rhythmicam, quid in utraque haberet probabilitatis vim, caute examinavit meruitque, ut principem locum obtineat inter eos, quos cum Aristide Quintiliano (p. 40—42 M. = 38 W.), iam veteres magistros distingueunte συμπλέκοντας τὴν μετρικὴν θεωρίαν τὴν περὶ ὁνθμῶν possis nominare; contra alteri classi — dico χωρίζοντας τῆς μετρικῆς τὴν περὶ ὁνθμῶν θεωρίαν — adnumerandi sunt M. Schmidt aliique, quos hoc loco adferre nihil adtinet.

¹⁾ Ex ipsis Schmidti hortulo deprompta sunt haec: ,Da die Alten nur die Zeichen bis zur πεντάσημος angeben, wird die falsche Vorstellung erweckt, als ob in der Musik nicht auch eine Sylbe den Werth einer weit grösseren Morenzahl habe empfangen können, als ob z. B. keine δεκτάσημος zur Verwendung gekommen sei. Es lag aber in der That für die alte Semeiotik gar kein Bedürfnis vor, über die πεντάσημος hinauszugehen, da jede schwere Länge durch zwei solcher Zeichen, welche, umso mehr durch νῷφ' ἐν zu verbinden waren, als wohl nur in den wenigsten Fällen eine einzige Note auf sie fiel, in den meisten mehrere, ausgedrückt werden konnte' (praef. p. XIX).

²⁾ Talium nugarum, ut par erat, a viris doctis reiectarum (cf. Brambach, Kritische Streifzüge' Mus. Rhen. XXV (1870) p. 232—252, Henr. Schmidt III p. 23 sqq.) auctor quodam modo fuit Carolus Lachmann in libro, cuius nunc fere extincta est memoria: ,de choricis systematis tragicorum Graecorum' Berolini 1819, ubi hanc primam omnium legem esse statuit, ut singula stropharum systemata, e quotunque partibus composita sint, in talem versuum numerum extendi debeant, quali dividendo septenarius numerus sufficiat h. e. ut aut quattuordecim versibus constent ant uno et viginti aut duodetriginta aut ultra eadem ratione.'(p.37.) ceterum, ut haec addam, non facimus cum M. Schmidtio, qui in Lachmanni libro ait tam multa egregie observata esse, ut etiam nunc bonorum seminum instar non inter vepres abiecta sperni, sed ad novos fructus ferendos disseminari mereantur (v. commentationem: ,de Caroli Lachmanni studiis metricis recte aestimandis'. Ind. schol. universitatis Jenensis 1880).

³⁾ Praeter artem metricam, cuius altera editio 1879 prodiit, plurimum luminis adtulit trisemorum rationi inlustrandae disputatione egregia: ,Die rhythmische Continuität der griechischen Chorgesänge' Act. acad. bavar. class. I. vol. XIV. pars III. Monachii 1878.

CAPUT ALTERUM.

De pleni pedis arsisque trisemae responsione antistrophica.

Rem accuratius tractandam nobis proposuimus hoc capite nimis adhuc neglectam ab hominibus doctis, fierine potuerit et reapse factum sit, ut antistrophica ratione responderent inter se pes acatalectus catalecticusque, strophaeque pleni pedis vicem subiret arsis polysema, cuius thesis sit suppressa, in antistropha aut invicem. atque hoc sane e rhythmī natura nihil habere, quo offendaris, nemo non fatebitur, qui non tam pedes digitis numerabit, quam ad rei rhythmicae leges exiget numeros. nam si in una eademque stropha versus diversissimae formae metricae, sed eiusdem rhythmicae notionis, in quibus theses suppressae vel non suppressae sunt, sescentiens sese excipere nemo non ignorat, veluti in Agamemnonis stropha v. 1532—1538 quater variatae trimetri formae obviam fuit¹⁾, nonne necessitate quadam cogimur, ut in hanc rem inquiramus, num antithetice varias illas formas reduxerint poetae? nihil enim video, quod nos impedit, quominus ad antistrophica recte perspicienda valere verba illa dicamus, quae Mallius Theodorus p. 586 K. profert: ,si qua apud poetas lyricos aut tragicos quispiam reppererit, in quibus certa pedum conlocatione neglecta sola temporum ratio considerata sit, meminerit ea, sicut apud doctissimos quosque scriptum invenimus, non metra sed rhythmos appellari oportere.'

Verum tamen ii, qui in artis rhythmicae fundamento rem metricam construxerunt, et Westphal et Christ, hanc rem silentio premunt et Aeschyli

1) ἀμηχανῶ φροντίδος στερηθεὶς
εὐπαλέμων μεριμνᾶν
ὅπε τράπωμαι, πίτνοντος οἶζον.
δέδουσα δ' ὅμβρον κτύπον δομοσφαλῆ
τὸν εἰματηρόν· φενὲς δὲ λήγει.
Δίκα δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θήγει βλάβης
πρὸς ἄλλας θηγάνεις μάχαιραν.

1. 2. 3. 4.

○ □ ○ — □ ○ — □ — ▲
 □ ○ — □ ○ — □ — □
○ □ ○ — □ ○ — □ — □
 ○ □ ○ — □ ○ — □ — □
○ □ ○ — □ ○ — □ — □
 ○ □ ○ — □ ○ — □ — □
○ □ ○ — □ ○ — □ — □
 ○ □ ○ — □ ○ — □ — □

Sophoclisque editores in tragœdiis recensendis hanc rationem secuti sunt, ut et in stropha et in antistropha ad amussim pedes inter se respondere iuberent. qua re factum est, ut liberioris illius responsionis iam ne umbra quidem sit relictæ. ego vero nihil desperans de hac re ad eos potissimum locos animum applicui, qui per se sanissimi unius metri causa a criticis sunt vexati, et cum primum in eam rem inquisivi, paucissima dumtaxat exempla, quae nunc quidem rhythmica eorum structura non intellecta coniecturis oppressa sunt, enotavi. sed cum iterum iterumque canticis perfectis exemplorum horum numerus magis magisque accresceret, non potui non mirari tot locis corpus sanissimum affectum esse volneribus a medicis istis, qui liberioris responsionis naturam non perspexerant, inlatis. denuoque perlustrans hominum doctorum libros verae doctrinae quodam modo auctorem inveni Apelium, qui in Aetolorum tragœdiae suae appendice brevissime adnotavit: „Jede der vier Formen der trochäischen Dipodie (die bakcheische, ionische, kretische, choriambische) kann im Verse mit dieser, und folglich, wo der Charakter des Verses nicht das Fortführen einer bestimmten Form fordert, mit jeder andern Form der trochäischen Zusammenziehung und Auflösung wechseln“ (p. 174). quibus mox haec addit verba: „Dass die Kenntnis der verschiedenen Formen jeder Versgattung auch auf die Kritik der antistrophischen Gesänge, und ihre Charakterisirung von bedeutendem Einfluss sei, scheint einleuchtend“ (p. 188). idemque in tragœdiis suis, quas ad veterum exemplar choricis adhibitis finxit, respondentes inter se fecit hos versus:

e. c. in Aetolis:

p. 70 str. Sandtest du schon vom lichtlosen Thron $\underline{\text{L}} \underline{\text{W}} \underline{\text{L}} \underline{\text{W}}$

ant. Lichtlosem Gebiet der Nacht. $\underline{\text{L}} \underline{\text{W}} \underline{\text{L}} \underline{\text{W}}$

p. 28 str. Den heiligen Dienst deines Altars $\underline{\text{L}} \underline{\text{W}} \underline{\text{L}} \underline{\text{W}}$

ant. Mit segnender Hand der Menschen Brust. $\underline{\text{L}} \underline{\text{W}} \underline{\text{L}} \underline{\text{W}}$

e veterum autem tragœdiis exemplum ab Apelio adlatum ne unum quidem invenias. quo quidem officio primum functum esse video Ludovicum Bellermannum in commentatione, quam de metris Sophoclis veterum rhythmicorum doctrina explicandis scripsit (progr. Gymn. Leucophaei Berolinensis 1864). p. 29 sqq., cui adiungendi sunt Freder. Goldmann in dissert. inaug. „de dochmiorum usu Sophocleo“, Halis 1867, p. 70 et 79, Justus Seebass „de versuum lyricorum apud Sophoclem responsione“, Lipsiae 1880, p. 28 sqq.¹⁾. sed cum illi Sophoclis paucissima (vix decem apud eos invenias), Aeschylus

¹⁾ Ne quid silentio transeam, hic adscribam verba, quae in Bergkii historia litterarum III 152, adn. 500 leguntur: „Zuweilen werden verschiedene Versformen als Äquivalent gebracht, eine Freiheit, die besonders den Logaöden eigen ist. Ebenso wechseln synkopirte Verse mit nicht synkopirten in Strophe und Anti-

nullum omnino protulissent exemplum, non mihi rem actam agere videbar, si hanc quaestiunculam iterum tractarem, sperans nonnihil inde lucelli ad antistrophicorum crisim rite factitandam redundaturum esse. si qui vero in eo haereant, quod nihil, nisi egregie fallor, aperte traditum sit apud veteres doctores de antithetica syllabae trisemae plenique pedis responsione, tali argumentationi quis quaeso fidem habebit? nam etsi neges rem ipsam sponte patescere ita, ut commemoratione iam non opus fuerit, tamen certe omnium magistrorum praeceptis anteponenda sunt ipsa poetarum opera, quae ultro unicuique obferunt regulas, quibus in versibus componendis illi sese adstrinxerunt; memores igitur eius, quod effatus est immortalis Hermann, disciplinam artis artem ipsam praecedere, e largissimo ipsorum poetarum fonte hauriamus et pro viribus nostris etsi imbecillis id agamus, ut aliquot saltem versus, qui nunc criticorum commentis deformati leguntur, pristino reddamus nitori.

Iam ordine dabo disposita liberioris responsionis exempla, quotquot apud Aeschylum et Sophoclem inveni:

Ag. 1537=1564:

str. Λίκα δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θήγει βλάβης ..-..-..-..-..-
ant. τίς ἂν γονὰν ἀραιὸν ἐκβάλοι δόμων. ..-..-..-..-..-

versus strophici lectio ab omni labore immunis, ut ad amussim responsio restitueretur, ab Hermanno ita mutata est, ut θηγάνει ederet, quod ita adrisit omnibus editoribus, ut neque Kirchhoff neque Weeklein hanc verbi formam recipere dubitarint. atqui insolentem huius verbi formam si exemplis confirmare velis, te non fugiet hoc verbum apud unum Hesychium legi in glossa θηγάνει· δξύνει, neque ullo alio scriptoris cuiuslibet loco obviam fieri, contra θήγειν usu tritum esse (cf. Ag. 1261, Sept. 702), id quod sine dubio intellexerunt qui coniecere: Λίκη.. θήγεται.. Μοῖρας (Emperius), vel Λίκη δ'.. δὴ θήγει βέλος (Th. Heyse), Λίκη δ'ἐπ' ἄλλου πράγματος θήγει βλάβης | πρὸς ἄλλας θηγάναισι Μοῖρας (Paley), Λίκη δ'.. πράγματ' ἀσθ θήγει βλάβης πρ. ἀ. θηγάναισι Μοῖρα (Heusde).

Cho. 42=53:

str. τοιάνδε χέριν ἄχαοιν ἀπότροπον κεκῶν ..-..-..-..-
ant. σέβας δ' ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον τὸ πρὶν. ..-..-..-..-

strophe, oder die Stelle der Synkope ist veränderlich, supra autem haec docet: „Man hat in neuerer Zeit oft höchst willkürlich die Überlieferung abgeändert, um eine vollständige Responsion auch da herzustellen, wo sie der Dichter gar nicht beabsichtigt hatte. Es kommt eben hier nicht nur auf die Eigenthümlichkeit des Versmasses und den besonderen Charakter des Liedes an, sondern auch ob ein Dichter seine Arbeit sorgsam feilte oder rasch hinwarf, war von Einfluss.“ atqui idem contra haec praecepta peccavit, cum Sophoclem edidit, id quod postea ostendam.

, Metro postulante' omnes fere editores atque in his adeo Kirchhoff et Wecklein restituerunt χάριν ἀχάριτον ex Elmslei conjectura, quod ne cum magno rhythmi verborumque dispendio fecerint, magno opere vereor: rhythmi, cum delitescat adiectivi τοιάνδε vis fortissime auribus se inculeans tones ope intenta (, Und sólche Liebe liebelos'), verborum, cum nemo non videat huius dictionis χάριν ἀχάριν, qua nihil gravius potest cogitari, non nihil infringi robur, si una syllaba adiecta χάριν ἀχάριτον legas. idque optime sensisse mihi videntur poetae, quorum unus Euripides, nisi fallor, uno dumtaxat loco Phoen. 1757 χάριν ἀχάριτον εἰς θεοὺς διδοῦσα dixit, altero vero loco et ipse cum ceteris χάρις ἀχάρις praetulit; cf. Eur. J. T. 566 πακῆς γυναικὸς χάριν ἀχάριν ἀπόλετο, Aesch. Prom. 561 φέρ' ὅπως ἀχάρις χάρις, Ag. 1545 ψυχῇ τ' ἀχάριν χάριν ἀντ' ἔργων (Arr. Exp. IV 8, 4 χάριν ταύτην ἀχάριν προστιθέναι Ηλεξάνδρῳ, Plut. Mor. p. 583 Ε ἀχάρις γὰρ ἐν οὐτῷς ή χάρις, Anth. Pal. IX 322, 2 τὸν ἀχάριν χάριτα). alii vero critici particulas, ut fieri solet, inseruerunt (τοιάνδε δὲ χάριν ἀχάριν Hartung), vel magis etiam locum immutaverunt: ἀχάριν ἀναπότροπον (Weil). ac ne defuerunt quidem, qui antistrophae manus correctrices admoverunt scribentes v. 53 σέβας ἄμαχον (Bothe) hac mensura: μεμάμαμα... vel σ. δ' ἄ. ἄδαμον (Lenhoff), ut antistrophae numeri aequarentur strophicis.

Perinde atque h. l. vv. dd., praeterquam quod a Medicis codicis scriptura recesserunt, verbum insuper veteribus inusitatum finixerunt Eum. 529—541:

str. μήτ' ἀναρχον βίον

ant. ἐστὸ πᾶν δέ σοι λέγω.

pluribus enim valde probabile visum est Wieseleri ἀνάοχετος, cuius adiectivi verbalis nullum omnino exemplum proferre potuerunt, nisi quod similia in auxilium advocarunt: ἀπευκτος Ag. 643, Suppl. 797 et ἀπεύχετος Cho. 155, 623, contra alii aut strophae particulas intruserunt, veluti (*ἀναοχτον*) aī Scaliger, (*ἀναοχτον*) oīv Heath, aut antistrophae aliquid detraxerunt, velut Lachmann, qui δέ, et Burney, qui σοι expunxit, hic δέ ἔτι λέγω, ille ἐσ τὸ πᾶν σοι λέγω recepto.

Pers. 638 = 645:

str. βέρβαρα σαφηνή

ant. δαιμονα μεγαλανχῆ.

omnes ad unum editores scioli eiusdam grammatici conjecturae μεγανχή, quam unus e libris recentioribus servavit, Medicei fidem postposuerunt. atqui lexica praeter hunc locum et Pind. Nem. XI 21 μεγανχεῖ παγκρατίῳ (ubi libri μεγαλανχεῖ praebent) nullum huius vocis suppedant exemplum praeter Anth. Pal. VII 427, 7. quidni igitur μεγαλανχή praeponamus, quod Medicei stabilitur auctoritate et duabus Aeschyli locis quodam modo fulcitur (Pers. 536 et Sept. 1046. cf. praeterea Orph. H. LXIII, 3, Manetho III

34)? unus H. Schmidt I 356 particula $\gamma\epsilon$ in versu strophicō¹⁾ βάρβαρά
 < $\gamma\epsilon$ > σαφηνῆ interposita, antistropham intactam relinquens ita metitur:
 —ωω|—, ut per choriambum procedat oratio, cuius altera dissoluta est
 arsis. sed neque prioris arsis choriambicae dissolutae neque alterius esse
 exemplum apud tragicos ipse fatetur II 66, ubi praefert mensuram, quam
 nos in antistropha proponimus. haud parvi autem momenti est, quod Sopho-
 clis exemplis prorsus geminis recte perspectis haec Aeschyli versuum
 metiendorum ratio omni exempta est dubitationi. legitur enim

O. R. 1195 = 1203:

str. οὐδένα μακαρίζω — ωωτ —

ant. Θήβαις ἀνέσσων. — ωτ —

quo loco omnes genuinam scripturam cum Hermanno in deterius mutarunt,
 cum optimum sensum βροτῶν οὐδένα μακαρίζω neutro posito βροτῶν
 οὐδὲν μακαρίζω corrumperent difficultatibusque, quas ipsi intulerant, arti-
 fiosis explicationibus succurrere studerent. aliam rationem secutus est
 Bellermann, qui Pindari Sophoclisque exemplis nitus dactyli logaoedici
 procelesmaticique respcionem commendavit. librorum igitur scriptura non
 mutata respondere inter se δενα μακα ω et βαισν ἄ ω contendit. iam
 num re vera Pindarus talem sibi concesserit licentiam, h. l. perscrutari nihil ad-
 tinet, cum ea res nimis recedat a materia nostra: at ab Aeschyli Sopho-
 clisque manu tale quid profectum esse praefracte nego. nam quos adulit
 Bellermann locos, ii omnes eam admittunt explicationem, ut syllabae trisemae
 ratione antithetica oppositus sit trochaeus. en habes primum ex eis:

Ant. 787 = 797:

str. ναι σ' οὕτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς — — ωωτ — ωω —

ant. νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς. — — ωωτ ωωτ —

labanti, ut omnes putabant, metro alii aliter succurrerunt. Meineke v. τ. μ.
 ἀρχιπάρεδρος proposuit, Emperius τῶνδε πάρεδρος, Gleditsch ματρὶ
 πάρεδρος, uterque verbis ἐν ἀρχαῖς tamquam emblemate electis. Bellermann
 ut verba tradita meo quidem iudicio recte interpretatur, ita falso hoc schema
 metricum adscribit: — — ωωτ ωωτ —, quamquam iam a Dindorfio poterat
 discere, solutam arsim choriambicam ab elegantia veteris tragediae plane
 alienam esse neque ullo idoneo confirmari posse exemplo. alia vero
 virorum doctorum commenta refellere supersedeo. omnes enim, qui in codicium
 scriptura haesitant, in scirpo nodum quaerere mihi persuasum est, cum nemo

¹⁾ Dum pagellas iam hypothetae commissas corrigo, apud Wilamowitzum (Philol. Unters. IX (1886) p. 151) de str. versu haec lego: ,In dem Jonikus ist die 2. Länge durch eine Kürze vertreten. Das ist seltener aber ganz gesichert (?): Musterbeispiel der Dimeter — ωω — βάρβαρά σαφηνῆ in einem schweren und verdorbenen, aber sicher jionischen Lied.' quorum verborum probabilitas nostra recepta ratione valde imminuitur.

non intellegat hunc locum a Wendtio (Sophokles Tragödien übersetzt, Stuttgart 1884) optime in sermonem nostrum translatum:

, Siegreich strahlt der leuchtende Reiz | Aus der lieblichen Jungfrau Blick.
Neben den hohen Gesetzen thront | Er gleich jenen gebietend.'

Alterum, quod Bellermann protulit exemplum, est

Ant. 970—981:

str. Σαλμυδησσός, ἵν' ἀγχίπολις Ἀρης - - - - - - - - -

ant. ἀ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων. - - - - - - - - -

nos eodem modo explicamus. Dind. in ed. Oxon. III. haec adnotat: , si in antistropha recte quinque tantum legerentur syllabae ἀρχαιογόνων, in stropha ἀγχίπολις pro aliis vocabuli glossemate habendum foret, velut ἄγχυρος. neque enim soluta arsis choriambica ferri potest. sed . . vix dubitari potest, quin in versu antistrophico vitii sedes sit quaerenda', quare in Poet. scen. ed. V. restituendum esse suspicatur in ant. ἀρχαιογόνοιο . . 'Ερεχθείδα. ita vero haesitans in stropha vel antistropha ipse indicavit nihil per se in poetae verbis displicere. si autem magistro meo dilectissimo Carolo Schenkelio probavero, ne τοι quidem in fine v. 981 addito opus esse (haec enim versuum est forma: - - - - - - - - - , in str. ἀγχίπολις accepto), dum modo responsio illa adriserit, pulcherrimum operae meae fructum percipiam. de tertio Bellermannni exemplo (Ai. 402 sq.=419 sq.), cum postea disserere in animo sit, iam ad Aeschylum revertamur.

Pers. 890—899:

str. Ανδρος ἀγχιγείτων - - - - - - - - -

ant. αἰτία στεναγμάτων. - - - - - - - - -

omnes ex Hermanni correctura στεναγμῶν scripserunt metri causa, sed nihil mutandum. vocis στέναγμα hic ut alibi semper (Soph. O. R. 5, Eur. Heracl. 478, Or. 1326, Ar. Eec. 367) genetivi pluralis forma aptissime ponitur.

Sept. 155—162:

str. ἐτεροφάνω στρατῷ ० ० ० ८ ८ ८ -

ant. μέλομενοι δ' ἀρηξατε. ० ० ० - - - -

hoc quoque loco criticos in diversissimas partes abeuntis deprehendis frustraque insudantes, ut aut in stropha metri defectus causa syllabam addant aut in antistropha recidunt. Herm. ἐτεροφάγου proposuit, quod per se recte fortasse formatum exemplorum fide prorsus eget, Pauw ἐτεροφύλῳ (ἐτεροφάνῳ μοι postea), Blomfield ἐτεροφάνῳ γε, G. C. W. Schneider ἐτεροφάνῳ, ol vel ἐτεροφανοῦντι vel ἐτεροφανήτῳ vel ἐτεροφάνῳ τῷ, Hartung ἐν ἐτεροθρόῳ, Heimsoeth ἐτεροθενμένῳ. antequam vero ad tales formationes veteribus maximam partem inauditas et in solis criticorum cerebellis ortas configiamus, aut strophae verbis servatis nihil in antistropha intemperatum relinquamus (Herm. scripsit δ' Ἰξετε, Enger δ' Ἐλθετε, Lowinski

δ' ἔργατε, Prier δ' εἰργάτε), tutius erit nulla litterula affecta hanc responsionem — : — probare.

Suppl. 784 = 792:

str. *λὼ γᾶ βουνῖτι, ἔνδικον σέβας*

ant. ἀφυκτον δ' οὐκέτ' ἀν πέλοι κέαρ. Οὐ τούτοις

Dind. depositus βοῦντι, quod etiam v. 123 = 134 in ephymnio legitur
 ἀλέομαι μὲν Ἀπίλαν βοῦντιν, qua conjectura probata βούντης in Etym. M.
 p. 208. 3 βοῦντις καὶ βούντης ἡ γῆ, quod procul dubio ex hoc Aeschyli loco
 desumptum est, auctore caret. mihi quidem βούντης in Aeschyli incude formatum
 videtur. nam unde librarii tam rarae notae nummum petierunt? neque hiatus
 in medio versu nimium offendit habet, quippe cum post exclamationem pausa
 intercedat, quam h. l. recta recitatio non suadet tantum, sed flagitat. quam ob rem
 non facimus cum Abreschio verba ita transponente: λὰ βούντη γῆ ῥδίκον σ.

Pers. 552 = 562;

str. γαῖς Ἀσιᾶς ἐκκενοῦμένα

ant. *αἱ δὲ διόπτεροι κυανώπιδες.*

viri docti *αὶ δ' οἱ* omiserunt cum Brunckio (θαλασσίους λινόπτεροι Schuetz scripsit, *αἰνόπτεροι* Oberdick, *λαιφόπτεροι* Heimsoeth, δροσόπτεροι νυκτωπίδες Weil, qua conjectura inspecta Aeschylum in Aeschylo quaeris), Paley *αἱδ' εὑπτέροι* coniecit. trochaei dactyliqui cyclii (sive spondei) responsionem, qualem in tertio conspicis pede, in versibus logaoedicis nihil offendit. præbere res est notissima, id quod ex aliis exemplis elucescat.

Pers. 571 = 579:

str. τοὶ δ' ἄστα ποωτόμοοοι, φεῦ

ant. γναπτόμενοι δ' ἄλλη δεινά, φεῦ.

omnes h. l. metri causa de corruptelis somniantes optimam Medicei lectionem suis commentis posthabuerunt. Dind. vocula φεῦ hic et 579 deleta Blomfieldium secutus edidit τοὺς δὲ ἄραι πρωτομέροιο (πρωτίμοιο Weil in ed. Lips. 1884) | ληφθέντες πρὸς ἀνάγνωσ. Schneider in str. αἱ φεῦ, in ant. δεῖν' αἱ φεῦ scripsit. Teuffel cum Prienio particulam γε (parallel', ait, , mit δεῖνά') inseruit, quae quid sibi hic velit, non elicio. Heath aliique δὴ addentes in antistr. δεῖνά scripserunt. sed ex ipsa conjecturarum natura intellegis, quod iterum iterumque non possum non repetere, criticos sensu nequaquam offensos hic et alibi metri causa poetae verba vexasse. verum rhythmī causa haec omnes reiciendae sunt conjecturae.

Pers. 859 = 865:

str. ἴσοθεος Δαρεῖος ἀογε γώοας

ant. εὐ ποάσσοντας ἄγον οἴκους.

et Kirchhoff et Wecklein trium syllabarum defectum praeserto ante εν ποέσσωντας dactyli schemate indicarunt. mibi quidem sententiae a poeta satis

superque consultum videtur tribus adiectivis positis (*ἀπόνοις, ἀπαθεῖς, εὐ πράσσοντας*), criticorumque supplementa inanes ingenii esse lusus contendō; ἡμᾶς supplet codex rec., ἡμέας Passow, πάντοθεν Weise, εὑφρονας Schwenck, πατοίδος vel Περσίδος Lange - Pinzger, ἄγον, ἐσ Schneider, πήματος Paley, πρείττονας Lincke, ἀκτορας Halm, ἀνέρας Wecklein, εὐ <τὸ πάρος> Lindau, εὐπολέμως Heimsoeth, aliis alia.

Pers. 1005 = 1011:

str. βεβᾶσιν γὰρ οἴπερ ἀγρόται στρατοῦ

υ _ _ _ _ _ _ _ _ _

ant. πεπλήρμεθ' οἰαὶ δὲ αἰῶνος τύχαι.

υ _ _ _ _ _ _ _ _

τοίτερο Passow scripsit, τιῷ οἴπερ Kirchhoff, βεβᾶσιν οὐχ ἀπερ Heimsoeth, βεβᾶσι γ' οἴπερ (et 1011 οἰαὶ δαιμονος τύχαι) Enger.

Sept. 317 = 329:

str. βοῇ δὲ ἔκκενονυμένα πόλις

υ _ _ _ _ _ _ _

ant. καπνῷ δὲ χραίνεται πόλισμ' ἄπαν.

unus Hermann stropham temptavit proponens δὲ καὶ κενονυμένα antistropha intemptata relicta, contra Brunck particulam δὲ (v. 329) ut metro adversantem omnibus editoribus adstipulantibus expunxit, quod non sine sententiarum connectendarum detimento factum esse contendō. audias enim, quanto cum pondere singula membra per polysyndeton coniuncta intendantur inde a v. 327: ἄλλος δὲ ἄλλον ἔγει, φονεύει, τὰ δὲ πυρφορεῖ· | καπνῷ δὲ χραίνεται πόλισμ' ἄπαν. | μανόμενος δὲ ἐπιπνεῖ λαοδάμας | μιαίνων εὐσέβειαν Αἴγας. | κορκογναὶ δὲ ἀν' ἄστν, ποτὶ πτόλιν δὲ δρακάνα πυργῶτις. | πρὸς ἀνδρὸς δὲ ἀνὴρ δοἱ καίνεται· | βλαχὲι δὲ αἰματόεσσαι . . . ἔρπαγαι δὲ διαδρομῶν διαίμονες· asyndeton medium inter tot polysyndeta insertum harena sine calce esset.

Sept. 763 = 770:

str. ἐπειὶ δὲ ἀρτίφρων

υ _ _ _ _

ant. τέκνοις δὲ ἀραιάς

υ _ _ _

(ἐφῆκεν ἐπικότονς τροφᾶς, | αἰαι, πικρογλώσσους ἀράς).

omnes atque adeo religiosissimi editores Hermanni conjecturam ingeniosam τέκνοισιν δὲ ἀρὰς receperunt, quamquam eius probabilitas eo quodam modo labefactatur, quod duabus vocibus medicinam adferit. verum tamen et mihi anteponenda esset ceteris criticorum commentis (τέκνοις δὲ ἀροάτονς proposuit Bothe, τ. δὲ ἀραιάς Hartung, τ. δὲ ἀθλας Prier, τ. δὲ ἀροίας Francken, τ. δὲ Αρεως Lowinski, ἀραιάς τέκνοις δὲ . . τροφᾶς λιτὰς π. δ. Weil) elegans haec conjectura, nisi mihi probaretur haec interpretatio: Und auf der Söhne Haupt lud er grimme, wehe! bittere Fluchergüsse ob der fluchbeladenen Nachkommenschaft'. τροφή re vera hoc significare evincitur Sophoclis loco Aeschyleo sat simili O. R. 1 ὁ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή.

Sept. 862 sq. = 868 sq.:

str. πατρόφους δόμους ἐλόντες μέλεοι σὺν αἷχμῃ
ant. ἰδόντες, ἥδη διήλ· λαζθε σὺν σιδάρῳ.

Schuetz, qui haec, ut ait Weil, ad antistrophicos numeros corrigenda esse bene intellegereret, ita verba transposuit δόμους πατρόφους ἐλόντες, Weilio ipsi haec praestare videtur transpositio δ. ε. π. Dind. Lachmannianum τι δή pro poetae verbis vendidit. quae omnia nihil aliud demonstrant nisi et in str. et in ant. germanas extare scripturas.

Sept. 954 = 969:

str. ιώ, πανδάκοντε σύ
ant. ὁδ' ἵκεθ' ώς πατέκτανεν.

in stropha alterutrum Med. lò expungo cum Blomfieldio, quae res levissimi est momenti, contra πανδάκοντε genuinum esse censeo (cf. 641 ὁ πανδάκοντον ἀμὸν Οἰδίπον γένος). quam ob rem neque eis adsentior, qui hanc vocem adtrectarunt (lò πόλει δακοντὲ σύ Lachmann suspicatus est, lò lò δακοντὲ σύ Herm., lò lò πάνδυοτε σύ Ritschl), neque Halmio lò σὺ πανδάκοντε τοι praeferenti.

Suppl. 143 sq. = 153 sq.:

str. οὐδὲ μέμφομαι τε-λεντὰς δ' ἐν χρόνῳ
ant. παντὶ δὲ σθένει δι-ωγμοῖσι δ' ἀσφαλέας.

nuper hos versus innumerabilibus coniecturis defoedatos, quos adferre taedet, Buecheler Mus. Rhen. XL (1885) p. 627 satis caute ita aequandos studuit, ut i et δ' litteris extinctis διωγμοῖς scriberet ita interpretatus: „Mit aller Macht aber soll uns den Verfolgungen gegenüber unbezwungenen die Unbezwungenen bewahren“. at vide, num quid tibi displiceat, si nulla litterula mutata nobiscum ita vertas: „Aller Macht aber und den Verfolgungen gegenüber . . .“

Ag. 172 = 180:

str. τοῦτό νυν προσεινέπω
ant. οὐδὲν λέξαι ποὶν ḏν.

syllabae damnum in ant. sarcire critici vario modo conati sunt: οὐδὲ λέξεται H. L. Ahrens scripsit, id quod Kirchhoffio et Wecklinio veri simile videtur, οὐδὲν ḏν λέξαι Schuetz, οὐδαμοῦ λέξαι ποὶν ḏν C. G. Haupt, οὐδὲν ḏξεται Conington, οὐδὲν ḏκεται O. Müller, οὐκ ḏλέξεται Prier, οὐκ ḏέξεται Bergk, alii alia. ut meam breviter significem sententiam, nihil mutandum censeo, nisi quod lenissima medela adhibita aut οὐδὲν λέξει ποὶν ḏν aut οὐδὲν λέξαι scripserim, ut optativus cum ḏν indicativi futuri vice fungatur, id quod saepius fit, cf. Ar. Ach. 403 οὐ γὰρ ḏν ḏπέλθοιμ', ḏλλὰ κόψω τὴν θύραν; plura suppeditat exempla Krueger 54, 3. 7. Aeschyli

vero ingenio dignissimam puto fortē illam dictionem: „Er wird nicht einmal sprechen von seiner früheren Grösse“.

Ag. 380 = 397:

str. πάρεστι τοῦτ' ἔξιχνεῦσαι

ant. προβούλόπαις ἄφερτος ἄτας.

in his quoque versibus temptandis vv. dd. operam et oleum perdiderunt corrigentes, ubi nihil erat corrigendum. ac τοῦτο γ' iam cod. Farnesianus ex Demetrii Triclinii recensione suppeditat. nec meliora sunt, quae in mentem venerunt Ahrensi πάρεστι πον τόδ', Karstenio πάρεστίν τοι τόδ', Merkelio π. τοῦτ' ἔμ', Wecklinio δ' οὖν τόδ'. Hartung autem in ant. glossatore quolibet dignum προβούλου παις (in str. πάρεστιν) composito προβούλόπαις, quod manifesto Aeschyli manum prae se fert, praeposuit. Margoliouth bis peccavit, quod in str. π. τοῦτ' ἰχνεῦσαι, in ant. πρόπολος ἄφερτος ἄ. restituere voluit.

Ag. 414 = 430:

str. κλόνους λογχίμους τε καὶ νευβάτας δπλισμούς

ant. πάρεισι δόξαι φέρουσαι χάριν ματαίν.

metro turbato opitulari sibi visi sunt plurimi transpositionibus; sic Ahrens scripsit κλόνους τε καὶ λογχίμους νευβάτας θ' δπλισμούς, Enger τε καὶ κλόνους λογχίμους νευβάτας θ', alii litterarum mutatione veluti M. Schmidt, qui κλόνους διλόγχους τε καὶ, Heyse, qui κλόνου λοχισμούς proposuit. ego sanam v. 413 sq. scripturam esse puto; adtributa enim ἀσπιστορας et λογχίμους nude adposita substantivo suo κλόνους neminem offendent, qui vel tria adtributa sine coniunctionis vineculo iuxta se posuisse Aeschylum meminerit Suppl. 1029 sq. ἵτε μὲν ἀστυάνακτας μάκαρας θεοὺς γανάοντες πολιούχους. magis etiam a recta via aberrarunt, qui in v. 430 ulcus quaerabant veluti Herm., qui πάρεισιν δοκαὶ (ex Hesychii glossa) φέρουσαι, Bothe, qui πάρεισιν φέρουσαι δόξαι coniecit.

Ag. 727 = 737:

str. σατ-νων τε γεστρὸς ἀνάγκαις

ant. ἄ-τας δόμοις προσετράφη.

nunc per omnes editiones Heathianum προσεθρέφθη propagatur.

Ag. 1482 = 1506:

str. ἡ μέγαν οἴκοις τοῖσδε δαίμονα

ant. ὡς μὲν ἀνάτιος εἰ τοῦδε φό-νον.

v. 1482 ἡ μέγα δώμασι τοῖσδε αἴμονα Herm., ἡ μ. ἐν δόμοις δ. Heimsoeth, οἴκονόμον δαίμονα Schneidewin, αὐτογενῆ vel ἐγγενέταν δ. Schoemann, alii alia. v. 1506 ἡσθα Pauw, εἰ <σύ> Schuetz, ἐσσὶ Wellauer, εἰ τοιοῦδε Schneider. en habes homines doctos de vitii sede fluctuantes, ubi nullum omnino adest.

Cho. 24 = 34:

str. πρέπει παρηὶς φοίνισσ' ἀμνγμοῖς
ant. πνέων ἀσφόνυκτον ἀμβόαις.

Dind. glossema olens ἀλματοῦσσ' ἀμνγμοῖς edidit, alii in φοίνισσ', de qua feminina adiectivi φοίνιξ forma non est dubitandum (cf. Pind. Pyth. I 24, IV 205), mendum latere arbitati scripserunt φοίνιοις ἡ. (Stanley), παρῆσι φοίνιος διαγμός (Herm.), παρῆσι φοίνιος δ' ἀμνγμός (Prien), παρηὶς ἀγοῖοις ἀμνγμοῖς (Keck).

Cho. 316 = 333:

str. τύχοιμ' ἀν ἐκαθεν οὐρίσας
ant. δίπαις τοὶ σ' ἐπιτύμβιος.

iam scholiasta ἐκαθεν defendit, sed critici aliud quid metri gratia reponere studuerunt: ἀγκόθεν Franz, ἀν καθ' ἐν Dind., ἀν σέθεν Heimsoeth, ἀν κατεπονθίσας Heyse. contra Herm. et Paley strophae antistropham adaptarunt, alter δέ σ' ὅδ' ἐπιτύμβιος, alter δίπαις ὅδε σ' scribendo.

Cho. 381 = 395:

str. Ζεῦ Ζεῦ, κάτωθεν ἀνπέμπων
ant. φεῦ φεῦ, κάρανα δαιξας.

consulto hoc adscripsi antistropheae schema, quoniam productae primae verbi δαιξω syllabae unum dumtaxat in promptu est exemplum Homericum, Il. XI 497 δαιξων ἵππους τε καὶ ἀνέρας. neque criticos de producta syllaba cogitasse ex hoc intellegas coniecturarum conspectu: v. 381 κάτωθεν λάλλων Emperius, κάτωθ' ἀνπέμπων Grotfend, δ πέμπων Hartung, ἀνελθεῖν Schoemann; v. 395 δαιξασ Schneider, δηώσας L. Kayser, δάξασιν Merkel.

Cho. 626 = 634:

str. ἐπ' ἀνδρὶ δήσοις ἐπικότῳ σέβας
ant. βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος.

Porson scripsit δήσοισιν, Martin δήσοις ἐπισκόπῳ, Bamberger ἐπικότῳ σέβας, Wecklein Coningtonis commento λαοῖς Weiliique coniectura δήσοισιν ἐντόνῳ conflatis λαοῖσιν ἐντόνῳ proposuit. quae alii, ut mendum tollerent, excogitarunt, eorum alia probabilitatis specie parent, alia omnino inepta sunt. si quis vero probabiliorem pro ἐπικότῳ vocem in medium protulerit, non ipsius dubitabo sententiae accedere.

Cho. 781 = 792:

str. δὸς τύχειν δέ μον κνοίως
ant. πημάτων, ἐν δρόμῳ προστιθεὶς.

in str. verba prorsus inania metri complendi causa interposita sunt. Dind. cum Bambergero δ. τ. εῦ τ. κ., Schuetz δὸς τ. viv τ. κ., Herm. δὸς τ. ωστ' ἔχειν κ., Feder δ. τ. σχεῖν δὲ μοι κ., Schwenck δ. τ. μοι